

Nacht.
8t.

J. 328

No 4775

Bc 725 80
3

IM PET VS
VENTORVM EORVMQVE CAVSAS
ORATIONE SOLEMNI
IN RENVTIATIONE
DOCTORVM PHILOSOPHIAE
ET
LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRORVM
D. XXX. APRILIS MDCCCLXXXII
VNA CVM
PROMOTORVM VITIS
EX PON IT
DECANVS
IOANNES DANIEL TITIUS
PHYS. PROF. ORD. FAC. PHILOS. SENIOR ET CONVICTORII
ELECTORALIS INSPECTOR.

WITTEBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
1782.





Digitized by Google

*Antiquorum Historiarum quae Dilectissimam
etiamque Speciem habent. Tunc etiamq[ue] illi
admodum rursum admodum. Expositis
etiamq[ue] aliis. Procurantur. Dogmatis
etiamq[ue] aliis. Procurantur. Dogmatis*



Rector Academiae Magnifice

*Viri summe venerabilis, Iureconsultissimi, Experientissime, Excellentissimi, Amplissimi, Praecellentissimi, Doctissimi,
Auditores Honoratissimi atque Dilectissimi*

In tanta, quae in aere contingunt, phaenomenorum, copia, et si ventorum haud postrema ratio nullo non tempore habita fuit, at recentiore tamen actate Physicorum industriad, tam nauiter in illorum examine cernimus occupatam, vt in paucissimis curatis scrutinium adhuc supereffe videatur. Satis hac de re testium, Baconis de Verulamio, Detherami, Kraftii, d'Ulloa, Varennii, Halleii, in primis Alembertii, aliorumque virorum praeclarissimorum volumina, qui adhibitis quibusdam artis subsidiis ventorum inquisuerunt causas: in quibus Baconis illustris de ventis historia caeteris merito praestare cenfetur, qua vix in physicis quidquam magis habetur perpolitum. Nihilo tamen fecius, quae rerum naturalium communis indoles est, multa circa ventos cum experimur ipsis, tum ab aliis experta legimus, quorum rationes iuxta cum ignorissimis necimus. Testimonio sunt ventorum cauſae et absolutae et generales, horum celeritas et in determinato atmosphaerae plano directio, procellarum ortus et interitus, ecnephiarum genesis et variationes, frequens earum cum fulgure atque tonitu nexus, flatorum ventorum variabiliumque ad se inuicem ratio et duratio, ipsae vires ventorum, et alia plura.

A 2

Inter



Inter horum praecepios effectus isti procellarum impetus, qui furiarum instar quotannis per vices fauientes, insignem atmosphaerae molem latissime concutientes, terra marique damna dant maxima, singularem mihi mereri attentionem videntur. De quibus impetuū caussis et vicissitudinibus, quo minus apud praeflantissimos Autores, qui dato de ventis egerunt studio, quidquam, quod satis declaratum esset, reperiri potest, eo magis atque curatus eos expromere apud animum confitui. Neque futurum credo, istud institutum ut Auditoribus displiceat, qui mihi per hanc solemnitatem occasionem saepius de rebus naturalibus dicenti, benignas aures praebuerunt; idem nunc, cum ventorum impetus breuiter exponam, Vos R. A. M. Auditores OO. OO. HH. fauentes me habiturum, certissime spero, quod ut fiat, Vos, qua decet obseruantia et humanitate, oro rogoque.

Sunt ventorum impetus illae procellarum remissionis intensioisque vicissitudines per interualla redeuntes, siue ventorum vis impedimentis interrupta. Videlicet fauientes procellas vim nunc intendi, maximoque cum conatu et nisu per atmosphaeram, vndarum instar voluntari, deinde rursus remitti per breuissimum temporis spatium percipimus; ut mutuam hanc remissionis et intensiois in procellis vim, impetum venti appellemus. Nullus itaque impetus sine procella, quae cum in atmosphaera liberoque aeris mari contingat, massa aeris fluctuum instar, pro natura vndarum succedaneam exaltationem et depressionem, adeoque mobiles quasi montes vallesque pro materiae cohaerentia, admittentium, commota videatur. Quare massam aeris impetuose iactati, non aliam oportet concipere, quam quae est marinae superficie diu procella agitatae, vbi fluctus nunc in ultim tolluntur, nunc eadem fere celeritate et directione propuls, deorsum praecipitantur. Simile quid in aere contingit, in cuius vastissima regione per caussas, quae procellarum sunt, amplissima eius pars in huiusmodi oscillationes et fluctuationes coniicitur, quae fluctibus marinis profus conuenire videntur. Hinc ill. Baco huiusmodi procellas manifestum praecipiti aut vibrationis deorsum motum habere memorat, ut torrentum in morem ruent, quasi per canales defluant, postea autem reuerberentur. Idem Vir eruditissimus ventorum impetus ab aereae vndulatione massae deducit, quam per parua momenta centies intra horae spatium, insigni cum inaequalitate repetu obseruauit. Varenius, cui venti interciso quasi vel

inter-

orcas non conuine debet sed haec copiam ei colliguntur etiam durantia annorum interdum per annos decimam, non raro et per annos vicensim.

Norenius Gray. Gen. L. I. Cap. 20. prop. 12. ubi de ventorum impetu agit, hec addit: ideo quia in manu exhalationes magis continet fiant, et minus impedirent motum. ideo illa quiesceat in manu manus. Entium, eff- non omnino collatus.

Dr. de Saussure in Teste Hygrometriae impetu venti procellarum momentaneam appellat et ea saffraam, prædicta in rati, ex minima usque ad maximam, gradus habeat atque ab eis gradus quantitate distaret. Et hygrometer 5284.

Lthygron p.

❧ ♚ ❧

5

interrupto impetu spirant, ut modo cessent, mox resumunt quasi viribus cum importunitate vel cumulo redeant? querens, quod causa ventos excitans non continue duret, sed ad copiam et collectionem eius quantitatis, quae tali impetu aerem perrumpat, tempus requiratur, respondet. Quod ad ipsum attinet impetum, is ex velocitatis, qua ingens aeris mouetur massa, gradu aestimatur, vix habita densitatis ratione, exiguum, quo vel maior vel minor est, discrimin ferentis. Quapropter impetus venti datum celeritatis, qua massa aeris protruditur, gradum, per factum ex massa in celeritatem metiendum significat. Muschenbroekius, experimentis ductus, aerem, quando vigesies quater celerius mouetur aqua, eundem efficiunt edere animaduerterit, ac si aqua fluenter vna celeritate. Consequenter impetus venti, tempore minuti secundi 24 pedes percurrentis, aquae fluentis, et eodem tempore vnius pedis spatium absoluenter, impetri aequalis est; et huiusmodi vim venti, distantiam vnius pedis usque ad centum pedes vno minuto secundo conficiens, Bouguerius determinauit, et in perspicuum aliquod schema rededit. Meum tamen non est ventorum vi hoc loco immorari, sed potius in causas inquirere, vnde procellarum impetus originem ducent suam; quae partim ex ventorum praesertim oppositorum agitatione ducenda, partim in ipso iam vento coorto querenda videtur. Nempe ventorum in atmosphaera simul occurrentium, sive contrariorum, sive obliqua directione differentium a se inuicem, singularis est ratio, ut in diuersis regionibus eius tres, quatuor, e diuerso nubium motu obseruentur, qui saepe ab ordinaria natura sua abhorrent, v. c. vt australes venti apud nos non calidi, sed interdum gelidi, aut admodum rigidi sint; quae causa in aeris et atmosphaerae elasticitate dari intelligitur. Etenim vti chordae elasticae commotae sursum et deorsum, vel dextrorsum et sinistrorsum, impulsu facto vibrant; vii sonus repercutiunt varia echus resonantia, et tonifrua hinc inde feruntur et obmurmurant, donec rursus ad aequilibrium peruenit; vel vti pendulorum oscillationes in aere aut aethere sat diu continuantur; ita quoque venti, in vnam atmosphaerae regionem erumpentes, ab aere obstante repercussiones, et velut oscillationes subire, et continuare eo usque, donec aequilibrium restitutur, possunt. Hanc causam confirmant obseruationes, quibus passim in situ atmosphaerae horizontali ventos contrarios in locis non longe distitis occurre, in iisdem continuari, aut et ventum vicinae regionis vincere, atque curum in zephyrum, boream in austrum, repente immunitari experimur. Aliae



similes aeris fluminum reciprocationes, praesertim longe lateque unifor-
 mes, et diu durabiles, in situ verticali, sursum deorsum tendere posunt,
 quae, dum coelum est serenum, aut prorsus obseruari nequeunt, aut nubium
 superiorum directione in alias aliasque regiones, in quibus minor, quam
 alibi, resistentia datur, diuergunt. Aliae quoque situ, inter horizonta-
 lem ac verticalem obliquo admodum variabili, occurtere non absque ra-
 tione idonea creduntur. Remissiones autem et intentiones ventorum tem-
 porariae ex illa resistentia et directione in diuersas plagas, in quarum tra-
 ctu motus nubium, vti fluctuum, durante etiam remissione pergit, par-
 tum ex obscurulis editiorum montium, filuarum, turrium, vbi plerumque
 collisione maiorem parit vehementiam; partim ex altiori delapsu et legibus
 cedentium, vi analogiae cum aliis fluidorum et elasticorum corporum vi-
 brationibus proficiunt possunt. Sic ex ventorum oppositorum contraria
 directione et intentione generatim procellas oriri concipiuntur, in quibus
 nunc impetus lubet contemplari. Horum mira est natura. Primo viden-
 tur fulguribus atque tonitribus comparabiles, quorum fontes sunt vaporum
 in aere collectiones et displosiones, coactiones nunc a nisu interno conso-
 ciationis similium, nunc coactiones et condensationes gelu aut ventis re-
 pugnantibus, factae, explosiones vi elastica, pristinum aequilibrium statum,
 accedente vis electricae incendio, sibi restituente. Cum ex sublato atmo-
 spherae aequilibrio, per causas extraordinarias, oriuntur, ad has potissi-
 um, earumque vicissitudinem reciprocationis erit resipciendum. Dari
 possunt primo causae subterraneae, si ex montibus igniuomis, aut caue-
 nis, aer gelu condensatus, mox calore valde expansus erumpat. Ta-
 les ventos dari Agricola memorat in montium fodinis, aeris externi condi-
 tioni, qua inflationem et efflationem, accommodatos. Dari porro causae
 possunt in superficie telluris obuiæ in natura montium eorumque iugorum,
 altera regione frigidorum, altera soli obuerfa calentium; item causae ex
 ventorum ad altos montes collisione et validiore repulsione ortae, vti emi-
 nentes versus turres in vribus subinde validus, qui alibi modicus sit, ventus
 obseruatur. Saepe autem in atmosphaera superiori, collidentibus ibi in-
 ter se ventis oppositis, dantur, id quod vernali et auctumnali hiemalique
 tempore frequens est. Etenim compressas sic aer superior semper eo gelidior,
 quo altior super tellure est, condensat vapores in nubes, qui, quo for-
 tius virgetur, eo velocius secum nubes deprimit. Quo magis ergo nubes con-
 densantur, eo citius sua gravitate descendunt secundum leges labentium gra-
 uium,

uium, quo altius descenderunt. Quae velocitas lapsus non potest non procellam initio gignere, eo ruentem, vbi ipsi atmosphaera minus resistere valet. Sed quia atmosphaera est elastica, ex resistantia compressi extra ordinem aeris inferioris nascitur postea pressio impetum ad tempus sistens, donec iterum pressio maior hanc repressionem vincat. Sic nouo impetu commota aeris moles denuo deorsum fertur, et in eadem regione, quo antea, aerem inferiorem repellit, nisi quid interea mutationis et impedimenti nascatur, ut directio fluminis aerei mutetur. Similiter in modum pendula mouentur in aere dextrorsum sinistrorsumque in situ fere horizontali; procellae tales suas vibrationes earumque vicissitudines in situ verticali deorsum, sursumque aut inter horizontalem et verticalē obliquo, absoluunt, quae tam diu non sentientur, quam diu in regione aeris inferiore se se non exferant, nec indicia, quibus earum repercussio, aut verticalis aut obliqua, sursum animaduertatur, adsint; quare ad pendulorum theoriam hi ventorum impetus commode referuntur. Notum enim est experimentum, quo in tubo vitro, cruribus suis verticaliter incurvato mercurius ascendens et descendens penduli instar oscillationes peragat, et tempus, quo ascendit aut descendit, illi temporis aequale sit, quod unica semioscillatione absolutum pendulum simplex, dimidiā habens longitudinem, qua mercurius in tubo extenditur. Iam cum ad undarum commotionem aquearum determinandam experimentum hoc a Mathematicis accommodatum sit, iure etiam aereis undis conuenire debet. Namque undarum in aere, prorsus ut in aqua, ea est proprietas, ut massa quaedam aeris nunc sursum nunc deorsum, repetitis quidem vicibus agitata, prouolutatur; quapropter undae aereae oscillationes sunt, similes illis, quae ab agitato, quod in tubi cruribus comprehenditur, fluido producuntur. Sic moles aerea ascendit et descendit, siue quod idem est, unda aeris latitudinem percurrere suam eodem videtur tempore, quo duae peragerentur semioscillationes penduli simplicis, cuius longitudo quarta illius linea curvae, quam unda eleuata format, pars est. (*Phyſ. Experim. Elementa mea p. 222.*) Quae constans regula in undis marinis cum obtineat, in aeris quoque adhiberi potest, quando ex temporis, quo una alteram, siue quo unus impetus alterum excipit, interallo, altitudinem et latitudinem undae aeris colligere cupimus atque determinare. Et haec quidem de regularibus procellarum undis, siue impetusibus, valent. Sieibi autem non tam regulares sunt reciproci motus et impetuum redditus, id quod frequentissime occurrit,



rit, ibi dari impedimenta poterunt, suis legibus oborta; aut ibi origo procellarum dari poterit in vaporum salinorum, acidorum et alcalinorum pugna, huiusmodi vel regulares vel irregulares vibrationes producente, et pro earum copia aut inopia variabili. Si illis vaporibus salinis, calorem et gelu collisione sua teste Chemia generantibus, accedant aut vapores imificeant inflammabiles, fulgura cum ipsis coniungentur, tonitrua, fulmina; alias nil tale orietur. Ex observationibus accuratis et diutinis, illius reciprocae vicissitudinis ventorum et procellosorum impetuum regulae suum usum habituerae multiplicem, deduci possent; quin, quod maxime probabile videtur, num huiusmodi undarum aerearum, impetus producentium, oscillationes in situ aeris horizontali fierent, per ventorum in partes agentium oppositas, observationibus effici posset. Hactenus, quae de ventorum impetu dicta sunt, veterum quoque sententiis, ex parte illustrati possent. Senecae, Plinii, Virgilii, aliorumque, nisi temporis ratio habenda, et Vestrae R. A. M. AA. — patientiac parendum esset; hinc illa lectoribus alio copiosius tempore expositurus lubens hoc loco praetermitto.



MERI-

the experiments indicate that the best results are obtained by the use of a small amount of the drug, followed by a large amount of water. The following is a typical experiment:

Take 100 mg. of the drug and add it to 10 ml. of water. This mixture is then added to 100 ml. of 0.9% NaCl solution. The resulting mixture is then filtered through a membrane filter (0.22 µm pore size) and the filtrate is collected in a test tube. The concentration of the drug in the filtrate is determined by spectrophotometry at 280 nm. The results show that the drug is completely soluble in the aqueous phase.



卷之三

175
LIBERIA MAGNIFICA
SANCTI VITELLO TITELLO
EX DECORATO QDQVINA SEDIS
LACUNA DAMILDE TITLO
S. VITELLO TITELLO
S. VITELLO TITELLO

MERITORVM ATQVE DOCTRINAE

TESTIMONIA PVBLICA

XXIII. VIRORVM DOCTORVM

Q VI

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO

DANIELE WILHELMO TRILLERO

PHILOS. ET MED. DOCTORE CONSILIARIO AVLICO ELECT.

SAKOW. PROF. MEDICO PRIMARIO ORDINIS SVI ET

TOTIVS ACAD. SENIORE

EX DECRETO ORDINIS PHILOSOPHICI

DECANO

IOANNE DANIELE TITIO

PHYSICES PROFESSORE ORD. PHILOS. FAC VLT. SENIORE

ET CONVICTORII ELECTOR. INSPECTORE

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

SVNT CONSECVTI

D. XXX. APRILIS MDCCCLXXXII.

GO DORREDDAS - YAGASTAS - ROCIHIAS

ГІРДОВА САМОЗІДАННЯ МІСЕНАС

Square Five - The Magazine of Classical Archaeology Page

GODOFREDVS AVGVSTVS ROCHIVS

MICROWOLMSDORPIO MISENAS

Sacris Fac. Palaeohouiae et Closterbuchauiae Pastor.

Microwolmsdorpi prope praefecturam Radebergam vicus est. Ibi sacris curandis praeerat pater, Christianus Fridericus, poste Doebelam euocatus, vbi verbi diuini interpres et primarius crediti gregis pastor meruit. E coniuge, Catharina Elisabetha, cui nomen gentile Montanae, quatuor filios suscepit litterarum studiis deditos. Natu maximus, Ionas Fridericus, in supremo ordinis sancti confessu primarii scribae munere, quem protonotarium appellant, fungitur. Secundus, Christianus Gottlobius, vici Tschopauiae Chemnicii vrbi vicini, sacris curandis prefectus est. Minimus natu Io. Godelibius, Dresenae degit sacri ordinis candidatis adscriptus. Noster, Godofredus Augustus, tertius, Micro-wolmsdorpii a C. N. c*cccccxxxxvi* natus, litterarum et sacrorum rudimenta per nouem annos primum patris cura didicit atque ejus, qui loci natalis ludum litterarum regebat. Quum pater sedem fortunarum transferret, Doebelam euocatus, ibique sacris prefectus esset, iudi magistris creditus est, in quibus laudat in primis disciplinam Stemleri, quae sibi litteris discendis multum profuit. Inde anno h. f. *lxi* venit in scholam portensem, vbi integro sexennio discendi ardorem bene aluit, Grabnerio, Walthero, Beckero, Hentschelio, Geislero, Ferbero denique doctoribus. Anno *lxvii* academie Lipsiensi nomen dedit rectore Wincklero, ibique sectatus est philosophiae omnis discenda causa Crucis, cui quoque in discendis theologiae decretis atque coram concione proponendis auditor fuit. Sacrarum litterarum in studiis Ernestio quoque magistro vhus est, quum dogmata doceret atque confirmaret, aliquot N. F. interpretaretur libros atque historiam sacrorum rei christiana tradiceret. Burscherum super historia, cum sacrorum, tum catholica, differentem audiuit, itemque iam nostratem Dresdenum, litteras docentem hebraicas. Quum esset hoc studium anno *lxx* emensus, duobus annis sororis suae liberos, Russinenis pastoris vxoris instituit. Post illa ab illustri Ferbero, consiliario aulico, formandis liberis admotus est. Benigna

❧ ♚ ❧

summi numeris providentia ad eadem civitatis Doebelensis sacris faciundis,
vice patris grandaeui atque aegri, anno LXXVI substitutus vocabatur. Quo
mortuo ad curam vocatus sacerorum in vicis agri Lisenensis, quibus voca-
bulum est Altenhof et Closterbuch, interpres ibi verbi salutaris ab anno
facili praesentis LXXVII egit. Anno sequenti Christianam Dorotheam
filiam Lindneri, principalis fisci tribuni, sibi matrimonio iunxit. Das heutige
Leben und Wirken des Theophil Hofmann, der als Interpeter der
Lutherischen Kirche in Sachsen-Anhalt und Thüringen wirkte.

IOANNES THEOPHILVS HOFMANNVS

FLOESBERG A MISNICVS

Sacerorum Franckense et Münchhusae Interpres.

Floesbergae et Beuchauiae pater, Io. Reinhardus, sacerorum antistes
hunc filium anno huius facie xxxv suscepit ex vxore, Christiana
Elisabetha, gentis Füllmichiae. Posteaquam litterarum et rei christianaec
rudimentis eum pater instituerat, Bornam, quam aliqui Barinonem,
Fonteium ab latine dicere malunt, decennis in Iudum datus est, creditus
Corbinsko, qui ei praefuit et cuius etiam in domo et coniunctu belle se ha-
bitum profiteret. Inde Palaeopolin translatus, priuata per aliquot tem-
pus vissus est Haaschildii institutione, deinceps in illustri gymnasio publica
Moerlini, Ranischii, Reicheli, quorum institutione ita profecit, ut anno
LXXXI Lipsiensi studiorum vniuersitatii nomen daret, rectore Wincklero,
abs quo philosophiam omnem percepit. Quoniam vero litterarum inpri-
mis sacerorum studia prosequi ipsi animus fuit, harum notitiam S. V. Ernestu
disciplinae maxime debet, quem, siue religionis doceret capita, siue leges
interpretandi sacerum traderet codicem aptumque earum usum explican-
dis diuinis libris ostenderet, siue denique historiam enarraret, assidue au-
diuit. Academicae vitae curriculo exacto, in domum receptus Heyden-
reichii est, qui tunc temporis saceros Stolpae faciundi praefuit, postea sacer-
agi Dahmensis curauit antistes superattendens, vt numerosae eius proli-
cuctos et magister adhiberetur. Quum se Dresdae stitisset, vt post tenta-
mina colloquiorum inter eos, qui saceri muneri candidati scribuntur, no-
men daret postea a. C. N. CIOIO CCLXXV beneficio serenissimi octouiri pi-
orum gregi Franckense ac Monachusac collecto prope Dobrilugam praef-
fectus est. Commentarios item breues studiorum ac doctrinae testes con-
ser-
fri-

scriptis ac publicauit, de vero cereorum usu in sacra coena, animaduersionum schellerianarum in clauem Ernesti ciceronianam, de sanctis gentis iudaicae patriarchis, an publicorum religionis doctorum loco olim fuerint, de christo non prophetatum, sed regum solemnia vocatione praesignata, quem S. V. Ernesti eximie collaudat, v. N. T. B. Vol. III p. 766, de eo quod aedicat ex usu scripturarum sacras in primis loci paulini et Cor. xii. seqq. exercitationem historico theologicam, in qua communem praeceptorum doctrinam de inspiratione diuina ab recentiorum nonnullorum argutis studet vindicare.

DAVIDES FRIDERICVS SCHMID

MÜGLENCA MISNICVS

Ergastuli Zeiccauiensis Sacerdos.

Müglencae vico nomen est prope oppidum conuentus Misnici frequens et clarum Wurzen. Cuius nomen, accolis familiare non magis, quam illud, latini sermonis elementis scribas, nisi modice inflebas, et Vrsenam, detracto, quod est durius, feceris. Ibi pater, Christianus Fridericus, sacrorum: antistes, hunc filium anno h. f. LI suscepit ex uxore Ioanne Beata gentis Cillichiae, qua ille infans, tertio aetatis anno, orbatus est, sed iacturam hanc cumulate resarcuit nouerca Christiana Magdalena, Christiani Samuelis Stockmanni, Künitzschio vico sacra curantis filia, vidua adhuc Dahlae degens. Ab infante multis ac grauibus corporis conficitabatur infirmitibus, verum summa numinis diuini cura ac medicorum arte pristinæ restitutus sanitati. Posteaquam prima litterarum rudimenta ab ipso didicerat patre, anno aetatis XIII adductus ad magistros ludi litterarii, qui ex principali immiscerent Cremae celebratur, ad annum h. f. LXX profecit sub disciplina fidei Krebsii, Fritzchii, Mückii, Genfeli, Hofmanni, Sieboldi, Reichardi, Richteri. Lipsiam venit anno sequenti, in ciuib[us] academie scriptus rectore Pohlio. Doctoribus hic usus est in addiscenda philosophia, theologia ac mathematica, Ernestio, Crusio, Burschero, Richtero, Pezoldo, Moro, Dathio, Borzio, Wolfio. Dum litteris hic operam dedit, primum secundo patrem amisis anno; deinde annonae caritas eum habuit follicitum. Verum benefi-

ciis pecuniariorum, non solum a principe clementissimo per quattuor annos, publice quoque aliebatur per unum annum principalis munificentiae triclinio, sed stipendius etiam cum Geisleriano, tum Kennericano, quorum alterum ex aedes Müglencensis, alterum ex senatus Vurenenensis aerario, in theologiae deditorum Müglencenfium gratiam constitutum, solum
tutur, effectum est ut vitam academicam per quinquennium sine querela
vivere posset. Praeter ea libertis quibusdam ingenuis elementa christianae
humanaeque scientiae instillauit. His occupatus negotiis factum est, ut
ab Mauricio Guilielmo Schlesier, tunc A. M. nunc summis theologiei mu-
neribus nuperrime ornato, tum diuinorum in vivo Volcoucio inter-
prete, nunc sacrorum Zwickauae antisuite vocaretur, ad suos atque ad-
scititos Burgerorum liberos litteris liberaliumque artium disciplinis in-
stituendos. In cuius domum quin fusciperetur, multis ab eo, atque in
primis ab eius beata coniuge cumulatus est filialibus quasi documentis at-
que ornatus, praesertim ysu pariter atque colloquis cum hoc viro in
scientia theologica magis magisque confirmatus. Quum pro captiuis,
Cygnae in ergastulo nuperrime ibi exstructo conditis faceretur, quaereretur,
commendatione huius viri, deinde ill. L. B. ab Hohenthal in consil. pri-
mario Dresdensi, tum temporis praefidis vicarii patrocinio, tandem ho-
rum praefectorum reliquorum suffragatione, euenit, ut a. h. lxxvi ho-
rum capititorum instituendorum ac corrigerendorum cura et catechetae mu-
nus offerretur. In hoc ornando ordinem nostrum adiut, ut philosophi-
cae dignitatis honorem et gradum motu maiorum reciperet, commentario
super Valerii Maximi effatum ex lib. I. c. II., lento quidem, inquietis,
gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque suppliciū grauitate
compensat. Secundum quem supremus ei honos ab ordine nostro est
decretus.

CAROLVS GODELIBIVS FRITSCHE

PIRNA MISNICVS

Super Dresden, principis nostri indulgentissimi, sedem alumni Albi
adiacet Bohemiam versus Pirna oppidum haud spernendum, latomii
clarum lapidarii. Ibi Ioh. Godelibus, iure consultus et in curiali colle-
gio senator praetorius fuit, quum filium suscipore anno xxxviii e
coniuge

modus

p. 11

coniuge Christiana Eleonora Leupoldia. Patre vero mature orbatus a vi-
trico cum cura educatus fuit et bene habitus. In patria primum litterarum
rudimenta sub idoneis praceptoribus edoctus, deinde in disciplinam ludi
Budissensis traditus, quinque in hoc annis meruit. Quibus exactius Li-
psiam se conuenit. In philosophiae studiis praeciptores habuit Wincklerum
ac Borziem, in theologiae curriculo Crucium, Steinerum, Ernesti, in
legibus interpretandi sacra Dathium, Thalerianum, Morum, Thale-
rianum rursus vna cum Kühnelio, rationem ac modum religionem
cum aliis communicandi tradentes. Exacto triennio redux in patriam
tamdiu adolescentum institutione vacavit, quam duobus abhinc annis
lectus fuit ac destinatus, ad faceta in xenodochio Pirnae procuranda,
exploratis antea ab summo sacri senatus ordine viribus. Qua in procuraione
laurea quoque ab ordine nostro est cohonestatus.

SAMVEL IACOBVS SCHROECKH

In hunc vita enaranda fratri illius dilectissimi, Collegae nostri con-
cinnissimi, verbis utimur. Natus est Vindobonae a. 1740. a. d. 12 Au-
gusti, patre Ioanne Wolfgango, qui tunc ei collegio mercatorum ad-
scriptus erat, quod singularibus Augustorum priuilegiis fruitur; nunc Po-
sonii extremam senectam agit; matre Euphrosyna, Matthiae Belii, verbi
divini ministri in ecclesia Evangelicorum posoniensi, et Historici rerum
ungaricarum clarissimi, filia, quae hoc ipso anno e vivis excessit. A
parentibus mature traditus est domesticis doctoribus, qui cum humanitatis
omnis elementis imbuerent. Postea in Gymnasio Posoniensi litteris melio-
ribus per annos plures operam dedit. Sed ut parentis desiderio satisface-
ret, mercaturae se per aliquot tempus tradidit, eoque consilio Franco-
furti ad Moenum in amplissima Bethmannorum fratrum domo, annos
nonnullos transegit. Mox tamen ad studia liberalia, quae sibi ante alias
curas placebant, redit. Quae cum sectaretur, factum est, vt ei a. 1770.
privilegium Augusti Imperatoris concederetur, per quod posset in lau-
data vrbe constituerre rerum novarum, quae ad mercaturam in primis et
artes quaestuarias pertinerent, cito intelligendarum et publicandarum
quoddam quasi privatum emporium, (*Intelligenz-Comtoir*) eique suble-
vando seddas diurnas de rebus memorabilibus in orbe gestis (*Zeitung*)
scribere. His laboribus postquam annos decem impenderat, in patriam

urbeti reversus est, ut quae adhuc coluisse studia humaniora et politica in clarissima eius universitate maturiora redderet, et ad usum publicum transferret. Ibi nunc quoque vitam agit, scribendo diario litterario aliisque curis litteraris intentus. Verum antea quoque, cum Francofurti versaretur, edidit libros duos sermone patrio, quorum indices subscriptissimus:

- 1) *Anweisung zum Kaufmännischen Briefwechsel*, Frankf. am M. 1769. pp. 328. 8.
- 2) *Einleitung zu einer allgemeinen Erkenntniß aller Handlungswissenschaften*. *Erster Theil*. ib. eod. pp. 435. 8. *Zweyter Theil*. 1770. pp. 430.

Iam cum ineunte hoc anno, summos Philosophiae et Liberalium artium honores ab ordine nostro modeste petisset, negare eos diligentiae ipsius et spectatae peritiae variarum litterarum, non potuimus.

FRIDERICVS GODELIBIVS MERKEL

LIBEVERDA SAXO.

Torgauia ad ortum aquinochiale Libeuerda abest ad Elistri flumen sita. Ibi pater huius Godelibius, iam Theologiae doctor atque agri chemnicensis sacrorum praesul, scholam regebat, quum eum suscepit ex coniuge Friderica Sophia Magnusia. Id contigit anno saeculi praefectis LXI. Quum vero pater eodem anno caelum mutaret, atque ab illustrissimo comite Georgio de Werthern credito fidelium gregi Megadalticum propter Lipsiam sacris curandis pastor praeficeretur, filium hunc secum deduxit, quem singulari cura, moribus, atque linguarum, religionis iuxta ac historiarum elementis domi per decem annos instituit. Circa id temporis pater ad sacra in agro Gomerano curanda antistes superattendens constitutus, propter multa negotia atque grauia distinebatur, quo minus suis imbueretur praeceptis. Quare ad tres annos Wittichio, ad ludum litterarum Doebelam postea vocato, in disciplinam datus est. Postea patre Torgauensisibus sacris moderandis eadem munieris dignitate admoto, in ludo litterario ita meruit sub praeceptoribus, Sintenilio, Matthae, Beutlero, scholae sanctae crucis Drefenae correctore, Bartholomaeo, inter quos in primis Sintenii et Beutleri singularem fidem voluntatemque laudat; ut die sacris per Lutherum diuum purgandis consecrata sollemni ritu diceret vale. Sic praeparatus Vitebergam adiit a. s. h. LXXXVIII noster factus

factus rectore Tittmanno, atque inde ab eo tempore auditor fuit philosophiae descendae causa Hillero, quem etiam sedatus est in doctrina sacrorum, et quidem super decretis, electos sacri codicis locos; Ernesti rhetorices initia et Noesseli libellum de veritate religionis christiana commentantem. Peperdit ab ore Schroekhii, quum historiam theologiae litterariae ac sacrorum repugnationis, rem sacram, litterariam et catholicam enarraret. Neque tamen Dresdr, Antonii, Zenoni scholas sibi negligendas putauit. Igitur illum, quum vatem Iesam enuclearet, ab hoc etiam hebraicae atque arabicae linguarum indolem percepit, istum, Davidis vatis odas atque Solomonis canticum et proverbia commentantem, hunc, Xenophontis memorabilia Socratis interpretantem, sedulo audiuit. Ut matheoseos, quam dicunt, purea notitiam assequeretur, Eberto monstrante usus est, me vero, quum physicen experimentis declararem, naturae vicissitudines per pericula probarent, atque ingenia acutem disputando. Quum se autem theologie in primis deditset, Tittmanno prae caeteris adhaesit, abs quo auditor accepit decreta sacrorum, interpretandi modos duce Ernestio, morum formulam, usum declamandi. Praeterea ingenia per interrogations acutendi hoc magistro atque Reinhardo didicit, inter cuius auditores fuit, quum sacrorum dogmata explicaret atque Platonis exponeret Phaedonem vna cum Davidis hymnis. Qui quum etiam societatem coegit, quae differendo ac scribendo exercetur, in eam adscitus est, cuius nomine praeterente anno Reinhardo moderante de cathedra publico more differuit: utrum Athenienses, cum florentissimam haberent rempublicum, vere felices fuerint. Quo ingenii specimine edito Vitebergensi dixit vale, ad Lipsiensem academiam conuersus, et in ciuium numero scriptus Clodio rectore. Legit sibi hic doctores Morum in theologia propter dogmata atque apostolorum actus interpretantem, abs quo disputandi per colloquia facultatem quaesuit, Burscherum, quum sacrorum emendatorum historiam exponeret, Platnerum, aetheticen docentem. In hoc studiorum cursu sustentatus est electorali, Torgauensis senatus, generosissimi de Wolframsdorf atque illustris Trilleri, nostratis, beneficiis. Nuper magistri artium honores ab ordine nostro petuit, quos his ipsis diebus defulit.

CARO.

CAROLVS FRIDERICVS HESSLER.

MACRORICOBACENSIS SAXO.

Vnde Torgauia non procul vicus est, cui vocabulum Macroricoba, a sum. Ibi saerorum curam oraculorum veritatis aceratae gerebat pater, Carolus Georgius Godofredus, quum ei hic filius nascetur a C. N. c1910CCCLVIII ex uxore Amalia Christiana Tittmann. Patre orbatus quum ad pueritiam nondum accessisset, Io. Guilielmus Tischerus, A.M. qui in agro Deutschenfi propter Annaburgum sacra diuinorum interpres curabat, vitrius factus est, qui quidem nihil omisit, quod ad primum feliciter educandum pertinet. Quo in loco postquam ludo litterario quedam rudimenta litterarum ac facrorum didicerat, Torgauiam transiit, atque ibi unum itemque alterum annum meruit sub magistris Sintenisio atque Mattha. Mox a C.N. c1910CCCLXXI in ludum principalis munificentiae litterarum Cremae Misnicae deductus est, vbi annis sex vlus est institutione Krebsii, Mückii, Hoffmanni, Reichardi atque Richteri. Ad nos Vitebergam venit, vbi philosophias omnis descendae causa doctorem habuit Hillerum, historiae cognoscendae causa Schroeckhium, in litteris hebraicis Antonium, in græcis Zeunium, meque cum propter physica, tum dispu-tando controversa doctrinæ capita præceuntem. Quia vero ad facrorum doctrinam animum applicuit, in auunculi sui Tittmanni, V.S.V. scholis assiduus fuit, cuius multa de se merita et fere innumera beneficia animo recolit gratissimo.

IOANNES GODELIBIVS HOFMANN

CHEMNITIENSIS.

Natus Chemnitii a C.N. c1910CCCLVII patre Adamo Godelibio, texturæ artificium exerceente ac mercaturam, matre Susanna Rosina, cui nomen gentile Stockiae. Fuit a primis inde annis tam mirificus in eum parentum animus, vt nihil fere esset, quod in eo educando desiderari parerentur. Igitur domestica institutione prima litterarum elementa perceperit, postea deductus in lyceum patriæ litterarum, crevit sub disciplinis magistrorum Hageri, Rothii, Lessingii, Boernerii, Hoffmanni, Voigtländeri, neque musicen neglexit duce cantore Kreitzschmaro, eam ob causam in chorum receptus symphoniacum. Quorum quidem diligentia ac fides

fides in eo instituendo magna fuit, Boerneri tamen maior. Cui scholae quum vale dixisset, Lipsiam adiit a. h. s. lxxvii, scriptis in ciubus rectore Seyditzio, quem logices ac metaphysics causa sectatus est. Insuper habuit doctores in mathesi Wielandum, Sammetum in iure naturae, in aesthetice ethiceque Platnerum, quem aphorismos docentem audiuit, in lingua hebraica Dathium, Bosseckium atque Scharfenbergium. Historiae catholicae causa itauit ad Beccrium, ut inflaturate religionis initia et progressus nosceret, ad Burscherum, ad Hilscherum, historiam regnorum ac rerum publicarum, sacrorum aquae saxonum enarrantem. Quum se theologiae dicasset, Mori atque Enki frequentauit preelectiones, theologiae explanantium dogmata, Mori iterum, Pezoldi et Wolsii, verbi salutaris sententias, iterum Enki, dicta classica explicantium, cui adsedie declamandi de suggesto facultatem tradidit, atque ex eius institutione pariterque atque amicitia multum se profecisse, lubens satetur, Schwarzi, interrogando profectum vimque explorantis ingenii. Neque tamen neglexit scholas, quae ab humanitate appellantur, Mori, Clodii, Eckii, Lohdii. Fuit igitur inter auditores prioris, quum Plutarchi de animi tranquillitate libellum, alterius, quum Ciceronis officia, tertii, quum aliquot Venusini vatis carmina, ultimi, quum Ciceronis pro Archia orationem exponebat. In hoc studiorum cursu plurimum sibi profuit patrocinium Merkeli, SS. LL. Doctoris atque sacrorum apud Chemicienses antislitis, iuxta ac Kuthnoelii, AA. M. et ad apostoli Thomae Diaconi, abs quo conuictus publici beneficio adiutus fuit, itemque benevolentia atque pia liberalitas Hoffmanni textoris atque alterius, cui beate defuncti. Iстis omnibus gratam mentem, nam non est quidquam aliud in eius potestate, sollempnibus formulis pollicetur. Petit honores philosophicos, quos, quum probasset doctrinam specimine de vi atque vnu solidioris philosophiae ad theologiam rite addiscendam, merito tuit.

IOANNES GODOFREDVS STEIN

FRIBERGENIS.

Non procul Friberga vrbe in montanis vicus est, cui nomen Kleinwaltersdorf. Ibi pater artificium metallorum fodiendorum exercebat, quum hunc filium sibi cognominem ferret a C. N. c. 1550. ex uxore Anna Dorothea, gente Thümmelma. Etsi fuerunt in summa

C 2

ege.



egestate optimi parentes, tamen magna cura et diligentia educarunt filium, et tanta quidem, ut mature aiori litterarum assueferet. Quare in gymnasium Fribergam deductus est, instituendusque traditus eius magistris, ex quibus Hubleri fidem dexteritatemque praedicat. Tres vix annos litteris operam dedit, patrem amissit, eratque omnino desitus, nisi animo vere paterno praecceptores eius curam suscepissent, atque senatus eum commendassent amplissimo, ut in eorum, qui i publico alerentur victus, recis peretus numerum, quorum beneficia liberalitate octo continuis annis litteris operam posset naurare. Anno saeculi huius ¹⁷⁷¹ Lipsiensi academie nomen dedit rectore Belio. Interfuit autem, ut logicen atque metaphysicen disceret, recitationibus in eam rem institutis, Ernestii, Elog. Prof. atque Platneri, ethicen, Clodii, physicen, Ludvigii, mathesin, Borzii, humanitatis litteras, Ernestiorum, Mori, Clodii, Reizii, hebraicam linguam, Dathii ac Rosseckii, historiam imperii, patriae et gentium exterarum, Boehmii, iterum sacrorum Hilcheri, Burckheri, sacrorum historiam, romano-rum antiquates atque archaeologiam litterariam, Ernestii, catholicam, Wenckii, de repurgata per Lutherum eclesia. Ad sacrorum inde doctrinam percipiendam conuersus, decreta eorum exponentes audiuit Ernestium, Thalemannum, Morum, Pezoldum, morum e sacris formulam enucleantem Thalemannum, leges interpretandi tradentes, Ernestium, Thalemannum, Morum, Dathium, declamandi e suggestu vsum propontentes Koernerum ac Thalemannum illumque, quem Boernerii in scr. S. Isagogen enarraret. Lohdii duce theologiae dogmata repetit, atque serbendi disputandique facultatem ab Wolfio hausti, vii ex Hominelli doctrina canonici iuris cognitionem. Omnium, praesertim Ernestii et Mori, operam et fidem laudat, spondetque follemaibus formulis, se illorum institutioni gratissimum omnium tempore majoriam adhibiturum. Vitae academicae fine querela ad quatuor annos transfigundae profuit potissimum, quod esset inter beneficiarios electoris, et quod plurimum reu. Idi, A. M. et ad apostoli Petri catechetae beneficiis cumularetur atque liberalitate, abs quo etiam commendatus, praefecturae coldiciensis rectori, Hatzmanno, qui filio suo, egregiae indolis adolescenti et bona spei, praceptorum dedit. Dresdam te contulit anno ¹⁷⁷¹ xxviii, esque inter faci ministerii candidatos, superato tentamine, relatus. Secundum haec honores nostros, quos petit ab ordine, commentator de honestae aemulationis vi meruit, esque adeo magister artium edito diplomate declaratus.

CARO

CAROLVS CHRISTOPHORVS AVGAFFEL

SITTAVIA LVSATVS.

Lusatiae superioris ad Boiohemia fines oppidum est. Ibi nato a.C.N.
CIO CCLVII pater est Ioannes Christophorus, lator, mater Ioanna
Elisabetha Puschia. Ab ineunte aetate ut animus eius litteris ac moribus
ad virtutem formaretur, sedulo curauerunt parentes eumque in discipli-
nam Hübneri, gymnasii collegae septimi, tradiderunt. A. h. s. LXXI in
gymnasium, quod in patria curatur, deductus est, ibique sub magistris,
Richtero, Frühauſio, Müllero, Goedelio, humanitatis litteris operam
dedit, ex quibus Richteri ac Mülleri praesertim operam fidemque
laudat. Lipsiam venit a. h. s. LXXXVIII, in ciuium numeros insertus,
Ernestio, eloquentiae professore rector. In literarum studiis sic
rationem instituit, ut audiret philosophiae causa Seyditzum ac Plat-
nerum, in philosophiae morali Clodium, in iure naturae Breunigum, in
physicis Ludwigum, in madies Gelderum, in historia catholica Hilsche-
rum, Butscherum, Sacrorum tradentem repugnationis historiam, Boe-
hniūm historiam patriam, Beccium ecclesiasticam, in hebraica litteratura
Boſſeckium atque Lohdium. Adiu Morum, quum quosdam graios scri-
ptores, Clodium, quum Virgilium et mythologicam archaeogiam interpre-
taretur. Etiam Hommelium audiuat atque Platnerum, illum, canonici pre-
cipientem iuris placita, hunc, et forensem medicinam, et diaeteticen.
Theologiae operam datus, accessit ad Morum et Hebensfreitum, religionis
enucleantes dogmata, ad illum rursus, Dathium et Vuſſium, leges diuinis
tradentes recte interpretandis. A Moto scribendi facultatem tenuit,
qui quaerendo et vna cum Hebensfreito disputando ingenium acuerunt.
In hoc studiorum curriculo aditus est patrī senatus amplissimi beneficio,
quod b. Nefenus consul egenis legauit. Petuit honores philosophicos,
quos merito tulit, specimine proposito, in quo ostendit, eruditioris ab-
usum menti vario nocere modo eiusque operationibus.

IOANNES CHRISTIANVS GOTTLÖB BRVECKNER

Mariaebergi in montanis Misniae, quod Io. Rinius Athendoriensis
descripsit, cuiusque descriptionem Fridericus Strunzus curauit res-
cudendam, natus a. f. prasentis LIII patre Io. Christiano, negotiatore, ma-
tre

tre Ioanna Rosina Olbrichtia, qui parentes pueri dignam in ludo patriae litterario educationem adhibuerunt. Ita meruit sub eius magistris ludi, Battiero, Rabio, Haasio, Vuildeuero, Mannio, quorum omnium operam gratius laudat. Ad nos inde venit a C. N. ccccclxxviii, rectore Eberto ciuitati nostrae infertus, vbi philosophiae, philologiae ac facrorum doctoribus vsus est, Hirtio, Tittmanno, Dresdio, Hillero, Schroeckhio Zeunio, Reinhardo et me quoque. Tribus annis ita vixit, coniuctus beneficio Vuolframsdorffiani subleuatus, tandem discessit Schmidbergam, ministri facrorum adiutor. Ad ordinem nostrum misit libellum de graui atque ardua opere euangelistae, seu ea, quae doctori convenient, rite peragendi cura et labore, ad monitum Pauli 2 Tim. iii. 5, propter quem, proposito e valuis publicis diplomate, philosophiae et artium magister dictus est.

SAMUEL FRIDERICVS KIESLING

HIRSEELDA LVSATIVS

Vnus lapidis spatio ab nobili Lusatorum oppido, Sittauia, Hirsfelda, parua virs abest, cuius sacris curandis pater Joannes Theophilus praefectus fuit, hunc filium ex uxore Ioanna Christiana Tritschler, a C. N. cccclxxviii, suciens. Prima quidem tirocinia in litteris, quibus informari ad humanitatem aetas puerilis solet, domi posuit, patre eam in rem auctore et praeceptore fidelissimo. Verum matre mature morte erepta, praeceptor priuatim datus est Müllerus, gymnasi, quod Sittauiae floret, tunc temporis collega quintus, dum a. h. s. LXXVI inter alumnos primi in illo gymnasio ordinis receptus est, quo sub magistris bene merentibus, Richtero atque Frühaufio, iam beatis, itemque supra laudato Müllero ita profecit, ut academiam accederet Lipsiensem a C. N. cccclxxviii, census inter ciues rectore Pohlio. Doctores habuit in omni philosophia, in scitis logicas speciatim, metaphysicas, physicas, iuris naturae, ac ethicorum Seydlitzium, Funcicum in mathesi, in historia religionis, ecclesiae christiana, purorum facrorum restauratorum atque philosophorum Burscherum, Vuenckium in historia catholica atque patia, in litteris hebraicis Bofseckium atque Hempelium. Quum ad rerum diuinarum studia accessisset, dogmatum theologiae et morum cauila audiuit

Seyd-

Seydlitzium ac Forbigerum, in interpretandis oraculis Morum pariter ac
Vuofnum, illum preterea in humanitatis litteris. Neque per colloquiorum
academicam velitationem ingenium exercere omisit. Secundum
haec ob commentarium de Christi domino et eius natura artium magister
ab ordine nostro dictus est.

IOANNES FRIDERICVS BEYCHEL

MISENAS.

Misnae natus a C. N. circ. 1711 patrem habuit Ernestum Seg-
mundum, iurium doctorem et causis dicundis patronum, matrem
Christianam Sophiam, Meznero, salutaris doctore artis, Pirae natam.
Parentum horum per cura facrorum ac litterarum rudimentis diligenter ins-
titutus est sub disciplina Mülleri, Franciscanci tum correctoris. Hunc
vero in S. Afræ ludum transiit, secutus est, ibique principalis munificen-
tiae alumnus a. h. f. LXXI receptus et magistris usus Hessio, Klugio,
Gottlebero, Cleemannno, Müllero, Schregero, Klimmio, sex annis meruit.
Meditans iter Lipsiam, plusquam septuagenarium patrem amisit, sed pro-
uida fratris natu maximus, Caroli Segimundi, cura factum est, ut a. h. f.
LXXXVIII philosophiae ac theologiae ergo se eo conferret. Doctores in illa
habuit Seydlitzum et Platnerum, in hac Körnerum, Morum, Dathium,
Bosseckium, Vuofnum. Scholas quoque Burscheri historicas frequen-
tauit. Omnia istorum institutione felicem se praedicat, at maxime ta-
men Mori. Quam ob causam in philosophia summos honores conse-
cutus est.

IOANNES GODOFREDVS WEISE

CAEMMERSWALDA MISNICVS.

Non procul Friburga vrbe in montanis vicus est, cui vocabulum Caem-
merswalda. Ibi pater texturae exercens artificium, hunc filium sibi
cognominem tulit a C. N. circ. 1711 ex uxore Maria Rosina Vuagne-
ria. Posteaquam, quo in loco natus fuerat, tuto litterario rudimenta litterarum didicerat, Fribergam transit atque tribus ibi annis in gymnasio literario meruit sub doctrina Jüngeri, Hübleri, Kesseli, Hechtii, cuius,

vt

vt item superiorum eximia in se merita laudat. Inde traductus est Lipsiam atque traditus ludo litterario Thomano patrocinio Kregelii ac huius cantoris ludi consilio, in quo profecit praceptorum doctrinis doctissimum, vt ciuitatem virtutis ac litterarum adiret a C.N. crisiocclxxx rectore Belio. Doctores ab eo tempore habuit litterarum atque artium Morum ac Clodium, philosophiae Pezoldum et Casarem, physices Funcium, historiae omnis Burscherum, hebraicae linguae Dathium ac Bosseckium. Ad facrorum inde doctrinam percipiendam conuersus, decreta eorum expONENTES audiuimus Koernerum, Pezoldum, Hebensfreitium, Pezoldum, morum e sacris formulam et declamandi usum e suggestu tradentem atque Lucam evangelistam interpretantem, vt Morum, utrasque Pauli ad Timotheum epistolas, Koernerum, introductionem in volumina proponentem sacra. Iam in Vuagneri, negotiatoris clari domum, vt eius regeret filiorum ingenia, receptus est. Commentario de veritate atque praestantia christiana religionis ordinem nostrum adiit, vt artium liberalium ac philosophiae magister diceretur, id quod et factum est.

IOANNES CAROLVS BAVMBACH

LVCENA MISNIVS.

Lucena, vulgo *Lützen*, Mersburgiae ditionis in agro Lipsico oppidum Leucopetram a Lipsia tendentibus occurrit. Superiore id saeculo magno pro libertate Germaniae praefero claruit. Ibi natus a. h. s. LVIII pater Ernesto Friderico, qui artis medicae manuariam, Chirurgiam vocant, in exercitu regum Borussorum et Polonorum exercuit, matre Iustina Elisabetha, Io. Friderici Heegii, pictoris olim et Luccauiae vecligilium exactoris filia, qui familiam suam a firme Alexandri Heegii, Scholae Deuentriæ saeculo quinto et decimo rectoris atque litterarum restauratoris ducit. Anno nondum aetatis decimo quinto quum pater fatis concessus est, mater in eo educando suscepit curam. Primum in ludum eum pratrium misit, in quo ab Schaeidero, sacris cantore musico, atque ab Geiero, facrorum ea in vrbe diacono, religionis iuxta ac litterarum rudimenta percepit. Mox deductus est in gymnasium litterarium, Mersburgi quod exercetur. Post illa annis paene duobus exadis Lipsiam se contulit, in ludum Thomanum ascitus, vbi institutione quinque annis ita crevit, ut

litte-

litterarum adiret universitatem, eritatem academicam donatus ab t. t. rectore Püttmanno. Initium fecit a philosophia discenda; propterea adit Seydlitzium, quem quoque de physicis exponentem audiuit, Vuielandum, mores docentem, Borzium, numerorum discendorum et mensurae corporum, quod μεθόηοι appellant, causa, Burtscherum, historiam catholicam, sacrorum et philosophorum enarrantem, Clodium, Venusina carmine atque Ciceronem de officiis interpretantem. In theologia propter dogmata secutus est Koernerum, Morum, Richterum, Hebeastratum, Schwarziun, quem theologiae praeepta traderet moralis, in rete intelligendis libris diuinis Thalemantum, Vuolfiun, Morum, Dathium, Boisseckium, Hempelium, Seydlitzium rufus, quem praeepta artis pro concione dicendi proponeret. Interrogationibus super doctrinæ capitibus ingenium acutum prae-
sunte Rueber. Francogallicis litteris operam dedit duabus Paen et Krützinger, ut Mislaik pingendi arti. Commentario de necessitate discen-
darum linguarum doctarum ab ordine nostro artium ac philosophiae ma-
gister dici meruit.

IOANNES GODOFREDVS FREVDEL
OSMVNDANVS PROPTER HALAM.

In vico, nomine Osmünd, qui ab Hala Magdeburgica haud longe ab-
est, anno s. pr. LVIII patre cognomine, matre Maria Elisabetha Schulzia natus est. Quia pater loci natalis ludum regebat, filium in litteris insituit, easque artes diligenter docuit, quibus puerilis aetas informati solet. Aetatis duodecimo anno in orphanotrophium, ut vocant, in sububio salinarum agri Magdeburgici, Knappio directore, receptus est, vbi totis sex annis meruit. Ex hoc dimissus magistrorum com-
mandatibus Fridericianam adiit, cuius ciuibus adscriptus est ab decur-
ione Thunmanno et Pauli prorectore. Hic doctores ei contigerunt phi-
losophiae Meierus et Schützius, matheseos Eberhardus, graecarum lati-
narumque litterarum Knappius et Iani, ille Ciceroneum de officiis, hic
Homerum interpretans atque Horatium. Sacrorum exinde doctrinis co-
gnoscendis Noesselto adiit, qua dogmata et mores, qua rationem inter-
pretandi, Semlero, huic etiam in historia ecclesiastica, Freylinghusenio,
Schulzio, Knappio veteris instrumenti libros, huc iterum pariter ac
Noesselto, noui paci interpretantibus. Duobus hic eomoratus annis,

D

vici-



vicinam Lipsiam petuit, Seydlitzio rectore a. h. f. LXXVIII in tabulis scriptis eiusum. Ducebat sibi Pezoldum elegit in philosophia omni, theologiacum dogmatica, in qua Koernerum quoque et Hebenstreitium auditum, tum polemica, in praecepsis artis hermeneuticae et homileticae, ad quem etiam itauit, quoniam euangelistae Ioannis et Pauli ad Hebreos epistolae interpretationes proponeret, ut ad Morum, quaedam noui foederis, ad Dathium et Boſbeckium, veteris codicis volumina, atque Koernerum Davidis hymnos explicantes. De libris ritus nostri symbolis Schwar- zium, itemque de facri prudenti muneri ratione Koernerum differentes diligenter audiuit. Praeterea Platneri scholas non neglexit. In hoc studiorum curriculo adiutus est illustri L. B. de Hohenthal liberalitate atque Fregiae, ornatissimae matronae beneficiis. Iam in Hausneri, mercatoris nobilis, domum receptus, magnae spei filio custos additus meret. Ut viam sibi philosophicis honoribus olim petendis muniret, commentarium de animi praecorporis fortitudine praefantia ad nos misit, eam ob causam philosophiae magistris accusans.

ERDMANNVS. SEGIMUNDVS. MVELLERVS

SORANVS.

Huius patria, Soravia clarum in Lusatia inferiori oppidum est. Ibi natus noster a. f. quo viuimus, LV parentibus Theophilo Henrico et Maria Magdalena Mülleria. Iam in tenerima aetate parentum praesidio, pater enim pannorum tonsor in re fuit tenui, destitutus, prouidam Caroli Friderici Pudoris, scholae Soranae praefidis, curam expertus est. Ab hoc viro paterno exceptus amore, ac multis auctus est beneficiis, at per breve, pro dolor tempus. Nam mature hunc patronum amisit, nec multo post patrem. Quare coactus est, choro symphonico atque domestica institutione necessarios ad vitae cultum atque ad studia prosequenda sumitus sibi comparare, quae sub magistris Maukio, Petri, Schmidio, Koernerio et Kuhnio ad a. h. f. LXXVII continuauit. Hoc anno Lipsiam adiit, Burschero rectore nomen dans academie. Philosophiam omnem petit e scholis Seydlitzii, Pezoldi, Gehleri, Samiti, Vuelandi. Eleganteribus excolendis litteris fecutus est Burscherum, Ernestium, Morum, Reizium, Forbigerum, Gehum, Hilfcherum. In variis Theologiae parti-

s. Q

bus praeceptores habuit Burscherum, Koeraerum, Ernestum, Morum, Dathium, Pezoldum, Hebenstreitum, Gehum, Bosseckium, Lohdium, Hempelium, Seydlitzii, Pezoldi et Hebenstreitii tentaminibus scribendi item exercitationibus atque differendi interfuit. Illustrissimi comitis de Vuerther et generosissimi de Kauderbach liberalitat honoribus pecuniam petendis debet, quos noster in eum ordo contulit, commentario de morte voluntaria, autochirium inepte alii nominant, haud licita exhibito.

CAROLVS GOTTLLOB SCHVLZE

MÜHLBECIANVS.

Non procul Bitterfelda vrbe vixit est, cui vocabulum Mühlbeck. Ibi sacris curandis praerat pater, Carolus Adolphus, tunc, quam filium ferret a C. N. ccccclviii ex vxore Dorothea Helena Güntheria, nunc ad aliam facrorum curam vico, cui Rösen nomen est, evocatus. Singulari horum parentum cura quum eius pueritia domi litteris artibusque decem et septem annos exculta esset, ludo litterario, orbis alendis ad Salinas Saxonum qui cogitum, traditus est, in quo per tres annos egit. Virebergam inde venit, ubi philosophiae discenda causa secessatus est Hillerum ac Ebertum, historiae Schroekhium. In perficienda facrorum doctrina auditor adfuit Hirtio, Tittmanno, Zeunio, Reinhardo. His litterarum studiis per sex annos stipendis generosorum de Vuolframsdorf et Bodenhau sen innutritus est.

IOANNES GODELIBIVS HILDEBRAND

ISLEBIENSIS.

Honestis parentibus Isleiae natus anno saeculi praesentis lxxxii, aliquo tempore litterarum facrorumque rudimentis sub idoneis praceptoribus domi institutus, mox in gymnasium litterarium patriae deduxus est, ubi annis Septem meruit sub magistris Dienemann ac Schmiedero. Sed mox venit in educandi societatem frater, tunc in collegio Groningiano litteras docens, nunc Missouiae sacra curans. Hic eum Stargardum accessit, per sex ibi annos erudiendum curauit multisque cumulauit beneficis, ita ut patris loco colendum sibi existimat. Accel-

D 2

sit



fit deinde academie ad salinas faxonum, stipendiiorum a Stargardiensibus
expectandorum causa, censu a. h. f. LXXVI in ciubus prorectore Pauli
ac decurione Foerstro, atque doctores fecutus Noeffeltum, Grunerum,
Knappium, Niemeyerum. Hoc pacto quum tertius annus ageretur, ade-
undam sibi Lipsiam purauit, scriptis in ciubus, rectore Ernestio, Elo-
quentiae Professore. Hic audiuit in coepio theologie studio Dathium,
Hebenstreitium. Postea Dresenam se conferens, nobiles adolescentes
gentis a Leyser initis doctrinae et morum ornando suscepit. Nuperime
inter sacri munieris candidatos superato tentamine relatus est.

IOANNES CAROLVS GOTTLLOB CVNO

CREMENSIS.

Grimae, siue Cremam appellare muelis, conuentus Lipsici municipio natus a C. N. CIOICCLVIII, patrem habuit Adamum Christophorum Carolum, qui ludum ciicum litterariorum regit, et Sussannam Dorotheam Schroth. Ex disciplina patriae ludi rei christianaec ac litterarum rudimenta haulit sub magistris Nagelio, Günthero, Kaysero atque ipso, parente. Parentes quum essent in re tenui, putarentque, sapere adolescentes sine multa pecunia non posse, malebant filium cuius arti potius, quam litteris dicare. Verum amor litterarum mercatare, quam elegit, studium vicit. Itaque in litterarium virbis Lipsiae ad aedem Thomae apostoli a. h. f. LXXXIII ex patris consilio deductus est. Ibi annis quinque sub magistris Andrae, Krigelio, Hofmanno, Dolesio, Thienio, Fischero praeclara eorum opera, quam gratius praedicat, usus est. Ad eius loci post illa academiam accessit, in ciuijus adscriptus rectore Pohlio. Doctores habuit logices atque metaphysics causa Seydlitzum, in iure naturae Caesarem, in historia Burscherum, in theologiae capitibus, et quidem qua de-creta, Koernerum, Pezoldum, Hebenstreitum, qua mores, Seydlitzum, qua usum declamandi, Hebenstreitum, Richterum vero, Dathum, Pezoldum, Vuolsum, qua praecepta interpretandi. Ob commentarium de hominis christiani officio opum huius vitae recte vendarum philosophicos consecutas est honores.

SAMVEL

SAMUEL GODOFREDVS MEHLISCH

GOEHLENA LVSATVS

In Lusatia inferiore Goehlenauia vicus est, vbi sacris faciendis praefectus diuinæ vocis interpretem agebatur pater, quum hunc filium anno MDCCLVIII sustulit, qui nunc Fürstenbergam urbem eodem honore curat. Hic litterarum rudimentis primum partim cura parentis, partim praecessoris publici, Siskii, per vndeclim annos imbutus, in ludum litterariorum Sorauiam deductus, sex ibi annis vñsus est praecessoribus Thierbachio, Schulzio, Hüttnero, quorum omnium operam gratus praeditus, et in his in primis Richteri, consulis et totius Gubenensis in comitiis publicis senioris benevolentiam, qui sibi patris paene loco adfuit. A. h. f. LXXVIII Lipsiam adiit, abs quo tempore doctores habuit philosophiae ac physices Seydlitzium, Funcium, mathefeos Gehlerum, historiae Burscherum et Hilscherum, litteraruae elegantioris Morum atque hebraicæ Dathium, sacrorum doctrinis diuersis Burscherum, Morum, Lohidum, Weberum. Ordini nostro commendatus commentario, cuius summa est, neminem esse theologum, nisi et simul philosophum, summos insulae philosophicae honores tulit.

CHRISTIANVS FRIDERICVS IOANNES AVGUSTVS BEYER

ROHRBORN THVRINGVS.

Editus est in lucem a. h. f. IX patre Ernesto Augusto, sacrorum interpreti in vico Rohrborn, oppido Hieranofordiae adscripto postumus, matre Ioanna Henrica Noldia. Prima litterarum et sacrorum rudimenta in ludis litterariis, altero ad S. Michaelis aedem, Heisero; altero ad Mercatores dicto, Reinhardo rectoribus didicit, anno deinde aetatis decimo et quarto adscriptus gymnasio, vbi meruit annis paene quatuor et profecit duce Rumpelio directore, et professoribus Franckio, Voigta, Ritschelio, Sinholdo et Voigto. Turino rectore iam a. h. f. LXXV inter ciues ibi academicos relatus, quia stipendum ab facultate philosophica spiravit, lectiones academicas, Günthero, Benediclinorum

multisib[us] sanctum oratuum ordinis abbat[em] adire coepit. Quoniam theologiae in primis se dicauerat, frequentauit scholas Lossii et Hadelichii philosophicas, Hessii et Grandii mathematicas, Meuselii et Schellenbergii historicas, Linguarum graecae et hebraicae Sinholdi, et Frankii, latinae caufa, lectionibus adedit. Subinde operam theologiae daturus, Froniepi et Lossii praelectionibus interfuit de theologia cum dogmatica, tum morali, Schellenbergii et iterum Lossii, noui foederis interpretantium volumina. Froniepii rursum theologico practicis. Perachis paene tribus annis a Beslero, inter ministros sacerorum seniore, theologiae et ministerii candidatorum numero insertus est. Anno h[ab]i. xx Lipsiam concessit, ciuib[us] accusus Belio rectore, fuisse assiduus auscultator Burfscheri, Koerner, Schwarzi, Dathii, Mori, Seydlitzii, Ernestii, Scharfenbergii, Vuielandi, Vuolfsi, Hebenstreitii. Toto hoc studiorum tramite recreatus est auunculi Noldii, ducatus Megapolitani aerario praefecti, singulari benevolentia, patrocinio Sickii, electorali aerario a consiliis et praefecti Delitiensis. Hic vna cum Vueidmannia castissima, gentis decore suae, pecuniam pro alimentis dabant. Gratus quoque ac memor agnoscit beneficia Gräffenhainii, A. M. et ad aedem nouam Diaconi, cognati Refuthaleri, et mercatoris frenui Leistneri, quorum liberos instituendos litteris liberaliumque artium disciplinis iam inde ab aliquo tempore suscepit, in priuis Gräffenhainii, abs quo consiliis, opera, colloquis, numquam non adiuvatur. Ob commentarium super ideis deo connotatis philosophiae et artium magister, proposito e valuis publicis diplomate, ab ordine nostro dictus est.

CAROLVS HENRICVS SAMVEL IENTSCHE

LÜCKENDORPIO LVSATVS.

In pago Lückendorpio superioris Lusatiae sacris faciundis praefectus diuinæ vocis interpretem agebat pater, quem hunc filium susciperet a C. N. ccccclxii, nunc sacra curat in pago Nideroderuicio. Eius beneficio aliorumque magistrorum institutione, litterarum et humanitatis domi doctus est rudimenta. Qum decem annos natus esset, Sittuiam

uiam deductus, sub Richtero, Frühaufio, Müllero, militiae studiorum nostrorum stipendia fecit. Inde in lyceum litterariorum, quod Sorauiae celebratur, transiit, vsus doctrina Kühni, cuius valde laudat fidem et voluntatem. Ad academiam accessit anno aeratis nostrae LXXXI, noster factus Bodeno rectore. Ab eo tempore philosophiae discenda causa secessatus est Hillerum atque Reinhardum, Schröckhium historiarum doctorem habuit et me, quoniam scita de corporibus exponerem et confirmarem periculis. Quum sacrorum doctrinæ se dedisset, in primis sibi legit Tittmannum et rufus Reinhardum. Quibus ornatus litterarum subsidiis, cum summos in arte nostra honores modeste peteret, nobisque in primis carus esset, hunc maxime locum, qui solus, idque honoris causa, Decani est, ei tribuendum censuimus.



AROLIA HENRICÆ-SWAVEL INSTITUTI

THEATRUM LIBRARII

In anno I. Januarii quinto ubi superioris Universitate regiæ scientiæ habere

universi socii inter seculum deperibat, duxit puerum filium recipere

et C. N. circicevixi, unde postea cura ut pater Nipis regessemus. Fina-

perindea istud mande missusq; universitate, præstatum et permisum

et quoniam regimur et regimur. Quoniam accedit annos nonnulli, suis

St 1744

ULB Halle
007 653 808


3



vda 8

m. C.

Farbkarte #13



Qc 725 8
3
IMPETVS
EORVM QVE CAVSAS

TIONE SOLEMNI

RENVNTIATIONE

VM PHILOSOPHIAE

ET

I ARTIVM MAGISTRORVM

XX. APRILIS MDCCCLXXXII

VNA CVM

OTORVM VITIS

EXPONIT

DECANVS

DANIEL TITIVS

AC. PHILOS. SENIOR ET CONVICTORII

CTORALIS INSPECTOR.

WITTEBERGAE

CAROLI CHRISTIANI DÜRRI

1782.